



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

VI. Quemadmodum acolythi ordinentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
 CHRISTI
 398.

V.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuum, & calicem vacuum. De manu vero archidiaconi, vrceolum cum aqua, & * mantile, & manutergium.

Ibid. Subdiaconus.

* aqua-manilē,

VI.

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesie luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi.

Ibi. Acolythus.

VII.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe, & commenda memoriae, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum.

Ibi. Exorci.

VIII.

Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, & esto * lector verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministrauerint.

Ibi. Lector.

* relator

IX.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archi-

Ibi. Ostiarius.

Concil. Tom. 3.

Yyy